



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

Quòd perfectio animam immensis diutiis multiplicet. Cap. xvj.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Sapiens.

Ioh. 1.

Basil. 1.  
1. fisiode  
iput.  
Pfa. 119.  
Pfa. 41.

Iob. 7.

Gregor. 8.  
moral. 16.

I. Par. 3.

meritum nullum est. Huic denique sapiens, o quam pulchra est, inquit, casta generatio cum charitate! Porro stellas dixisse virtutes non me penitus, considerantem cognitiam similitudinis. Quo modo nepe stellae in nocte lucet, in die latet, sic vera virtus, quae sapientia propter non apparer, eminet in aduersis. Illud sancte cautelae est, hoc necessitatis. Ergo virtus est fidus, & homo virtutum celum. ] Et profecto non solum propter hanc similitudinem, anima perfecta celi sunt, sed etiam quia Deus in illis habitat, ad celestes & sublimes functiones impellit. Non illas rei familiaris sollicitudo cruciat, non cumulandarum opum cura sollicitat, non cupiditas bonorum & dignitatis inquietat, non appetitus voluptuarum inflamat, sed solum desiderium amoris Dei, & acquirendarum virtutum cura, & perueniendi ad destinatae sibi mensuram perfectionis absorbet. Adeo ut divina pulchritudinis contemplanda & amanda desiderio capta, ipsam quoque mortalem vitam interdum exhortant, & aequo animo solum propter diuinam gloriam, & salutem proximorum sustineant, diligentes cum Pauli: Coarctor autem e duabus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo melius, permanere autem in carne necessariu propter vos. ] Vnde Basilius tractans quid in perfectis viris diuina pulchritudo contemplata faciat: haec ait: Ea si quando sanctorum virorum quempiam circumfusit, intolerabilem illorum in animis defixum desiderij aculeum relinquit. Quippe qui cum vehementer eos vita huius ardenter in voces illas erumpere soliti essent. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: ] & quando veniam & apparebo ante faciem Dei: ] & dissolui, & esse cum Christo multo melius est. Et sicut anima mea ad Deum fontem vivum: & nunc dimittit seruum tuum Domine. Vehe- menter etiam vitam hanc, velut tetricum quendam carcerem abhorrebant usque adeo difficilibus cohendendum animis erant iij, quorum mentes Dei amor perstrinxerat. ] Vide igitur quam ardenter Deus perfectos amat, siquidem eos in tantam dignitatem & gloriam exaltat, ut dominus Dei, & celi sint, in quibus ipse Deus habitat, & gloria sua maiestatis ostentat. Quod fortassis contemplabatur Sanctus Iob, cum in has voces erumperet: Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? ] Quia enim excellenter hominis magnificatio esse potest, quam ut Deum in seipso gestet, & non solum eius dona, sed ipsius etiam maiestatem in se recondat. De domis quidem dixit Gregorius: Hominem Deus magnificat, quia largitate rationis dicit, infusione gratiae visitat, honore collat, virtutis exaltat. Si his donis homo magnificatur, quantum maiori gloria & splendorie afficitur, cum datorem donorum in intimo cordis sedentem aspicit, & suum habitatoe agnoscit.

Iam hinc eluet alio modo gloria Dei, nam si anteclu exiluit hominem sanando, nunc eluet hominem magnificando. Si magna Dei gloria fuit aegrotum delperatum sanare, non est minor ipsius gloria habitationem demoniorum domum suam, & celum facere. Si gloriosum fuit, morbidum saluis fortitudine roborare, gloriosum etiam est in vilissimo & foecundissimo sterquilino regiam magnificam diuinam maiestatis erigere. Nulla domus aequa gloria Domino fuit cum ea, quia Salomon ei in arca ornata lebansi adscivit, quae structura pulchritudine, divitiarum copia, vasorum pretiosorum & ventialium multitudine, sacrificiorum iugata, & ministrorum cultu, ac reverentia omnes basilicas regum, & tempora numerorum saltorum excelluit. Ita nulla est spiritualis domus aut aequa gloria, aut aequa gloria Deo, ac est

A anima viri sancti, atque perfecti. Cuius structura videtur in celum assurgit, cuius opes rex terrenus non diripit, cuius vala non sanguinem taurorum aut harcorum, sed sanguinem Christi agni immaculati suscipiunt, cuius holocausta pinguis, & ardentum affectum sacrificia numquam cessant, in qua non reverentia exterior solum, sicut in templis materialibus, non semel dari consuevit, sed internus cultus, & ille a maximo amore profectus exhibetur. Dominus illa magnifica solum in monte Moria, ad gloriam & honorum diuinum extructa est, & Iudeus cautus erat, ne alio loco templum pro sacrificiis & holocaustis edificarent. Nostra etiam Ecclesia non ubique locorum eriguntur, sed aliquis semper habetur loci, solique delectus, ubi quietius coram Domino preces fundamus, & ei cultum incruenti sacrificij tranquillius immolemus. At domum istam Dei, quae in vita perfectione constitit, & non ex lapidibus, sed ex virtutibus construitur, nec terra, sed coelesti charitate tegitur, quisque in suo corde potest extruere. Deus impensis abunde suppeditat, edificationem adiuuat, ad laborem animat, & non expectata perfectione dominus, si aliquid seminatur sibi offeratur, si aliquod tuguriorum concedatur, statim in eo cum gaudio habilitate festinat. Abiciamus ergo moras, relinquamus excusationes, contemnamus nostrę socordia, & otiositatis praetextus, & hanc domum Deo in corde nostro edificemus. Iaciamus primum humilitatis profundam fundam, super illa virtutum patietes construamus, quas amoris Dei, & proximi testum operiet. Non desit in ea altare orationis, inter confessio- nis, sacrificium affectionis, & thymiana sanctorum desideriorum semper redoleat. Sie & nos magnificabimur templum Dei facti, & ex sterquilino imperfectione in domum sanctitatis converbi. Et Deus glorificabit in nobis, qui in sanctis suis gloriosus apparet, & ex eorum vita magnam sibi gloriam decerpit.

*Quod perfectio animam immensis  
dinitiis multiplicat.*

## CAPUT XVI.



Quam iuste Dominus, qui omnia bona sua in creaturas effundit, sibi solum per os Isaiae gloriam reseruat, & non quia ea indigeat, sed quia sibi solum debita est, omnem laudationem usurpat. Laus enim, & gloria illi tribuenda est, a quo sine villa exceptione bona cuncta procedunt; hic vero non est alius quam creator noster Deus, qui sicut ex nihilo uniuersa creavit, ita omnium bonorum, quae in creaturis sunt, uniuersale principium existit. Ab eo sancti & perfecti homines (ut nunc institutum nostrum, persequamur) animam vitam, & salutem habent; ab eo incomparabilem dignitatem obtinent: ab eo etiam nullo ingenio comprehensas opes accipiunt. Has sicut animam salutem ac dignitatem ipsa perfectio spiritualis vitæ, quam sancti profidentur, secum afferri. Mecum, inquit, sunt diuitiae, & gloria, opes superbias, & iustitia. ] Quænam diuitiae, quænam opes superbias, tunc sunt omnia perfectio. Illæ sane, quæ sola sunt diuitiae veræ, quæ sola sunt opes amplissimæ, quibus sancti huius diuitiae comparantur, molesta sunt & angusta paupertas. De diuitiis quippe huius mundi quid dicitur: diuities egnerunt & esurierunt, o diuities fidei, o diuities umbratiles, o diuities infelices, quos mendicitas premit, pauperes affligit, & penuria bonorum angustat! De sanctis autem, & perfectis quid dicitur?

Isa. 42.

Propterea.

Psal. 33.

*Eccles. 2.*  
dicitur? Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.] Quibus nullum deficit bonum, sed affatim habent quæcumque desiderant, veri diuitiae sunt nuncupandi. Diuitiae, quas mundus suis amatribus elargitur, falsæ diuitiae sunt, quia minimè animo hominis satisfaciunt, sed cum semper vacuum & queribundum relinquent. Quis obsecro Salomonem ditor? et ille conuersus ad consideranda opera manus sua, & ad labores, in quibus frustra sudauerat, nihil in eis nisi vanitatem & afflictionem spiritus adinuenit. Quis potuit abundantius, quam Salomon obsequia sibi impensa persoluere? At hic dum magnificientissimè amicitia & obsequiis Hiram regis Tyri respondit, & viginti oppida in terra Galilæa in eius ditionem transtulit, nequaquam subiecti regis desiderio satisfecit: in cuius signum quasi per contemptum dictum est illi: Hæcne sunt ciuitates, quas dedisti mihi frater? Et appellauit Hiram ea oppida terram Chabul, id est, terram displacecentem & ad indignationem prouocantem.] At perfectionis diuitia ita desideria sanctorum implent, ut nullum vacuum, aut frustratum relinquant. Nec mirum, quoniam vera iustitia pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ defiderantur, huic non valent comparari.] Perfecti hac iustitia repleti, ex his quæ sibi supersunt, in alios supra omnem illorum spem amplissimas opes effundunt, non quæ displaceant, sicut terra Chabul, sed quæ supra omnes mundi diuitias maximè placeant. In cuius signum ille claudus, qui sedebat ad speciosam portam templi, sperans se aliquè obolum a Petro & Ioanne accepturum, audit: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula.] Quis vnumquam regum tam stupendum, & tam pretiosum donum, vel amico familiarissimo tribuit? Quis etiam diutissimum tale donum contemplit, quod pretio totius auri & argenti creati numquam mercari potuit? Ille pauper, ille pannosus, ille auri, & argenti, & rerū saeculi vacuus, sed sanctitate, & divinis donis referitus, sine villa bonorū suorū iactura uno momento plus tribuit, quam principes, quam reges, quam monarchæ, quam & vniuersa natura potest tribuere. In nomine, inquit, Iesu Nazareni surge & ambula.] Grandi facultatem claudio donat, quia hæc solent esse dona sanctorum, id est, dona diutissimum, gressus in colum hominibus verbo & exemplo dare, & impedimenta æternæ salutis auferre. In quo suum magistrum, id est, Christum, imitantur, qui, vt egregie no-tauit Ambrosius, pedes suis lauare cōsuevit hospitibus, & quosque sua receperit domo, pollutis non patiatur habitare vestigis, sed maculoflos licet vita prioris, in reliquā tamen dignetur mutare processus.

*Aff. 3.*  
Hi Christi perfecti imitatores, sunt veri diuities, qui & sibi ingentes diuitias possidēt, & in proximos suos maxima bona conferunt. Sibi possident perfectionem, quæ thesaurus innumerabilium bonorum existens, ait: Accipite disciplinam meam, & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissima, & omne desiderabile ei non potest comparari.] Et rursus: Sapientia adiscit abutus, & prudenter robatur. In doctrina replebuntur cellaria vniuersa, substatia pretiosa, & pulcherrima.] Hac perfectionis doctrina nō solum intellectu cognita, sed actione ad vitam nostram applicata, virtutibus abudamus, quibus & bonorum operum alimenta dulcissima, & sanctorum habitu indumenta pretiosissima, & aurū charitatis purissima, & argentū sapientiae lucidissima, & gemmæ, ac lapides pretiosi donorum cœlestium, & iura ad æternā felicitatem, ac possessiones bonorum num-

*Proph. lib.  
2. de vita  
contempl.  
cap. 13.*  
*Psal. 127.*  
*Aug. con-  
cordia  
Psal.*  
*Gerrit.  
lib. 3. in-  
nuationis  
diuina  
prietatis c.  
75.*  
*4. Reg. 4.*  
*Ambros.*

A quæ periturorum cōtinentur. His rāquam veris diuitiis viri sancti cohonestantur; his aduersiorum roborantur; his apud omnes nobilissimi, clarissimique cōfentur. Egregie enim dixit Prosper Regiensis Episcopus, ut has perfectionis diuitias explicaret: Illæ nobis sunt ambienda diuitiae, quæ nos ornate possunt pariter, & munire, quas nec acquire possumus inuiti, nec perdere: quæ nos contra hostiles imperii armant, à mundo distinguiat, Deo cōmendant, ditat animas nostras, atque nobilitat, nobiscum sunt, intra nos sunt.] Et statim, ut istas opes amplissimas clarissimus manifestet, subdit: Diuitiae nostræ credidæ sunt pudicitia, quæ nos pudicos: iustitia, quæ iustos: pietas, quæ pios: humilitas, quæ humiles: misericordia, quæ manueros: innocentia, quæ innocentes: puritas, quæ puros: prudenter, quæ prudentes: éperantia, quæ téperantes: & charitas, quæ nos facit Deo & hominibus charos, virtutum potentes, facili cōceptores, ac bonorum omnium cōlectatores.] Postea vero, ut ostendat quænam virtutes nomen diuitiarū mereantur, addit: Hæ sunt non omniū, sed humilium pauperum facultates, patrimonium cordiū, diuitiae incomparabiles morū, quibus nō abundat nisi illi, qui illis carnalibus ex corde renūciant.] Charitas ergo perfecta virtutes magnas & perfectas inducet, thesaurus est diuitiarū, ratione quarū Ecclesia diues efficitur. Quod Regius Propheta evidenter expressit, dicens ad Dominum: Vxor tua sicut vitis abūdans in lateribus domus tuae.] Quænam sunt latera? quinam anguli fortissimi domus Dei? nisi viri sancti, & perfecti? In his, inquit, o Domine, Ecclesia est abundans & diues, quæ in malis, & in tepidis non abundans sed steriles, non diues, sed mendica cōspicitur. Vxor tua, ait Augustinus, sicut vinea fertilis, sed in quibus in lateribus domus tuae, id est, in his qui adhærent Christo. In aliis, qui non adhærent Christo, steriles, sed nec illos in vinea computabo. Nō computat autem malos in vinea, nō quia fideles sint, partes Ecclesia non sunt, sed quia non sunt partes Ecclesiæ similes, quæ sancta est, & illibata, neque rāquam vites abundantis vineæ racemis bonorum operum sunt ipsi circumdati. Huic autem David sensui ab Augustino tradito, reuelatio quædam beatæ Gerritidis accedit, cui vīsus est Dominus noster Iesus Christus in parte dextra corporis sui regalibus & pulcherrimis indumentis circundatus, & in sinistra nudus, atque viceribus plenus. Quia videlicet (ut huic virgini tūc monstratū est) diues sunt partes Ecclesiæ, quæ corpus Christi mysticū dicitur; altera, sanctos & perfectos cōtinens, quæ vestiū splēdore, id est, virtutum, & donorū pulchritudine fulget: altera, imperfectos, peccatorēsque cōplete, quæ nuditate, & viceribus, hoc est, spirituali indigentia, & peccatorū qualore tabescit. Est profectio Ecclesia abundans, & diues in sanctis, quia illi diuitiae sanctitatis abundant, propter quas saeculi diuitias fallaces aspernantur. Sicut enim diuitiae mundi, aurum quidem, & argentum estimantur, puluerē vero, & stercora pro nihilo dicunt, ita etiam diuitiae Dei, qui non sunt alij quam perfecta virtute, ac sanctitate polientes, bona anima diligunt, & dona cælestia immissa in magno prelio habent, honores autem, & saeculi dignitates, amaras delicias carnis, & cetera similia contemnunt. Ipsi sunt vasa vidua mutuò à viciniis accepta, quibus primum modicum olei linientis infunditur, quod paulatim crescens, & vasa implens, viduam, & filios eius sustentat, & onera debitorum exoluit. In vidua, quæ absentiam mariti deploret, & mortem filij luget, Ambrosius Ecclesiam intelligit: nam illa de peccatorum morte tristatur, & Christi sponsi presentiam amabilem, & purissimos amplexus suspirat. Hæ vasa vacua mutuò à

**Eccles. 5.** vicinis accipit, cum homines ab infidelitate, aut à peruersis dogmatibus, aut à fâce vitorum extrahit, & in virtutis gremium adducit. Guttam olei iniicit, cum eis noua vita initium instillat. At hoc initium dum crescit, dum augetur, dum ad perfectionem veniens, vala, id est, mentes sanctorum replet, mirum est, quantum valeat, & ad quanta patranda sufficiat. Viduam, nempe Ecclesiam, reficit, quæ in virtutibus & laboribus sanctorum exultat: filios, nimirum alios fideles, sustentat, quoniam conspectu perfectorum virtus eos ad imitationem prouocat, & debitis satisfacit, quia antiqua peccata ante conuersationem commissa penitus deler. O magna substantia, quæ tot hominibus sufficiat, & nec te possidentem, nec alios, qui quo modo tibi adhærent, vacuos, aut ieunios derelinquiuntur. Verè vbi multa sunt opes, multi qui comedunt eas, ] qui tamen numquam illas exhaustiunt, & quia perpetua sunt, numquam continuo vnu & acceptance consumunt.

**Rom. 8.** Non tantum hæc perfectionis diuitiae verae sunt, quæ diuitiarum faciliatatem, & magnitudinem, quæ earundem exitatem ostendunt, sed etiam (quod excellentissimum est) ex aduersis casibus, vnde diuitiae mundi iacturam sentirent, inde augmentum, & firmatatem accipiunt. Nihil enim miserius aut calamitosius viro perfecto accidere potest, quam si in imperfectiones cedat, si in aliquod peccatum impingat, si acceptis a Domino beneficiis minimè aliquando virtute puritate respondeat. Sed hac calamitas, & spiritualium diuitiarum aduersitas solet eas promovere, & firmiores efficeret, dum ille qui aliquantulm lapsus est, feruentius surgit, cautiùs deinceps viuit, & humilior evaginatur. Vnde Paulus ait: Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. ] Omnia cooperantur in bonum ergo & ipsi lapsus, atque defectus. Nam licet ipsum ladi, & deficere, & à virtute detraui, nihil natura sit, tamen numero sub omni comprehenditur. Vnde si quicquid accedit sanctis eis cooperatur in bonum, etiam defectus, & lapsus præ humana imbecillitate contrahi, si non causa, at occasio sunt amplioris boni. Secundum quem intellectum verum habet illud Salomonis: Melior est iniqüitas viri, quam benefaciens mulier. ] Vir enim hoc loco virum perfectum, & mulier hominem tepidum & imperfectum designat, cuius bonitas idem illius iniquitati supponitur, quoniam perfectus ex modico casu magnam humilitatem capit, & imperfectus ex modico bono opere, non semel in gloriam inanem, ac in superbiam erigitur. Quod & Gregorius annotare non timuit, dicens in moralibus dum hunc eundem locum tractat: Nonnumquam etiam culpa fortium, occasio virtutis fit, & virtus infirmorum occasio peccati. Quis igitur felicior illo, qui ipso lapsu se erigit? quis dicit illo, qui ipsa paupertate & meritorum iactura ditefecit? Sanctus Iob inter alia sue prosperitatis elogia, illud non contemendum recenset, quod petra fudebat illi riuos olei. ] Sed adeo hic alia maior virtu perfecti prosperitas, quod non saxum, sed peccatum illi per occasionem oleum diuinæ misericordie parat, dum humilitatem, & cordis compunctionem importat. Nec mirum mihi est, quod sancti, & perfecti homines, ex ipso lapsu atque imperfectione proficiant, dum eos considero speciali quadam Angelorum prouidentia circundatos, qui eos docent in peccatorum stercore cibam compunctionis querere, in modo & gemmam humilitatis inuestigare. Ad quod vtile est illud Bernardi: Noueris huiusmodi animam (loquitur autem de anima perfecta) numquam esse sine Angelorum custodia, qui eam amuluntur Dei

**Eccles. 42.****Greg. II.**  
**Mor. cap. 26.****Iob 29.****Bern. ser.**  
**39. in**  
**Cant.**

**A**mulatione, solliciti suo viro seruare, & virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo, vbi sunt? Quis eos vidit? vidit eos Propheta Eliseus, insuper & fecit orando, ut videret etiam Giezi. Tu non yides, quia non es Propheta, nec puer Propheta: Vidit Patriarcha Iacob, & ait: Castra Dei sunt haec. ] Vidit & doctor gentium, qui dicebat, nonne administrator spiritus sunt in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? ] His paedagogi hominum tam sapientes, tam sponsa Dei amulatores, tam de nostra salute & perfectione solliciti, qui non facient, ut ex omnibus proficiamus, & ex ipsa miseria nostra aliquem fructum reportemus: Sciat ager, applicito arboribus & plantis stercore, facere, ut fructum ferant, & nobis ex sua fecunditate, suauissima alimenta prouident: & ignorabunt Angeli, quomodo ex sanctorum defectibus, animabus ipsorum aliquem sanctitatem profectu adiciant: Non sanè ignorant, sed optimè norunt, quo pacto fibi in custodiā commendatos, ex finistris euentibus, atque ex ipsis casibus ad maiorem circumspetionem, & sollicitorem curam perfectionis impellant. Quia ergo maiores diuitiae excogitari possunt, quam illa, quarum talis est natura, ut inimicatione crecant, & vnde aduersarius noster eas vult surripere, inde melius custodie magis stabiles, & copiosiores exstant?

**C** Illud autem postremum has perfectionis diuitias commenderet, quod, ut Dominus eas perpetuo conservaret, sacerdotib[us] tribulationibus tegit, & ab oculis perfectorum possidentium abscondit. Illud namque consilium Ecclesiastici: Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas, ] interdum cum animabus sanctis tamquam cum charissimis filiis Dominus quoque custodit. Qui non ut earum corpora protegat, quia morbis, & interitus subiacet, sed ut diuitias sanctitatis eisdem commissas a perditione defendat, has animas veluti feueru vultu aspicit, dum tribulationū flagellū affligit. Quamobrem sanctus Iob quamlibet sanctorum animalium lampadem contemptam appellat, quia scilicet impiorum hominum cœtus, eam apud Dominum despiciabile existimat. Lampas contempta, inquit, apud cogitationes diuitium, parata ad tempus statutum, ] Lampas non vacua, sed plena oleo, quæ apud Deum & homines ardor, & lucet, quam Dominus velut diuitem & ad nuptias cum aeterno Rege ineundas parata, ab ingressu sui thalami non excludit: Læpas Ecclesiæ data, ut eam splendore illuminet, & opum abundantia condecoret.

**D** Sicut enim mudo corporeo duo luminaria, manus, & minus, sol videlicet & luna, & lumen & decoré impertinent, ita hæc lampas, anima nempe perfecta Ecclesia, aut congregationi, in qua vivit, splendorem & pulchritudinem tribuit. Hanc lampadem iniqui contemnunt, & nullius valoris estimant, quia pressuris & tribulationibus patere conspiciunt. Sæpe namque contingit, ait Gregorius, ut elephas quisque, qui ad aeternam felicitatem ducitur, continua hæc aduersitate deprimitur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequientium frequentia suppeditat, nulla hunc humanis oculis vestrum pompa componat: à cunctis vero despiciabilis cernitur, & huius mundi gloria indignus estimatur. Sed tamē ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vita meritis coruscat, honorari merituit, despici non refugit, corpus continentia afficit, sola in animo dilectione pinguiscit, mens em semper ad patientiam præparat, & erectus pro iustitia de perceptis contumelias exultat: afflictus ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis luctatur: sacri verbi pabula in mente sollicitus rumi-

**Gen. 32.****Hebr. 1.****Eccles. 67.****Iob 12.****Greg. 10.**  
**mor. 17.**

nat,

nat, & inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat. Bene itaque iusti simplicitas, & lampas esse dicuntur & contempta. Lampas, quia interius lucet, & contempta, quia exterius non lucet. Igitur ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris.] Quare exterius non lucet, quia Dominus sanctitatis diuitias, ne ab inani gloria, aut ab alio effectu elationis illidantur, tegumento tribulationis abscondit. Prudentia enim sit in itinere positum, & totum in sarcinis constitutum, res pretiosas operire, & viles atque abiectas ostendere, ne quod sibi charissimum est, aut occultus latronum dolus, aut aperta violentia surripiat: & ita ad mirabilem sapientiam Dei pertinet diuitias perfectorum, qui vasa Dei sunt, non in domo aeternitatis, sed in mortalitatis itinere posita, laborum operimentis munire, ne eas insultus aduersiorum rapiat, & sanctos suos pauperes & vacuos derelinquit. Ad hoc respxit David, cum in persona sanctorum dixit. Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & miserrus es nobis. ] Viderunt enim eos a se repellere, & malis illatis destruere, videtur irata in illos exercere, & indignatione punire, at reuera illorum potius miseretur, dum suorum opes tribulationibus conregit, & de ipsis nouis perfectibus, & sanctitatis augmento huiusmodi ostendit. Quamuis autem ista sanctorum opes Deo disponente lateant, non tamen omnino, sed ut lucerna in lampade latet. Sicut enim lux lampadi ita opaco corpore absconditur, ut tamen per rimulas aliquatenus videatur, sic thesaurus sanctitatis per patientiam & equanimitatem ostenditur, dum tribulationibus operitur. Nam tentatio virum perfectum impugnat, iam persecutio impedit, iam exigitudo corporalis angustat, sed quasi per lampadis rimulas eluet in facie cordis tranquillitas, in sermone mentis lenitas, & in omnibus cum diuina voluntate conformitas, qua & quolibet sapientia cunctis mundi diuitiis præfertur, & supra vauieros thesauros astimatur.

Psal. 59.

Psal. 29.

Psal. 93.

Psa. 108.

Perfecti ergo vii sunt diuitiae, qui virtutibus veris, scilicet diuitiis abundant, qui nullius rei peritura se indigere existimant, qui nulla terrena desiderant, qui ipsis misericordiis in opibus crescunt, qui tribulationibus & pressuris diuitias suas non perdunt, sed ab iniuriis aduersiorum custodiunt. Inter omnes vero opes, quas possident, haec est aut maior aut mirabilior eorum substantia, quod cum tam copiosè ditescant, non tamen superbiant, nec in sua prosperitate confidunt. Angelus quidem a Deo diuines, & sanctus creatus ex alienis diuitiis superbuit, in cuius corde haec vox elationis intonuit: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in eternum.] At sancti, & perfecti, licet ex luto conditi, & ob id superbia, insultibus magis expostiti (qua sole facilius animos viles, & abiectos subiicere) nequaquam ex accepta sanctitate superbiant, sed quod sanctiores, o mira res! & quod diuitiores, eò se magis humilitate decipiunt. Optimè enim agnoscunt se à diuina bonitate iuuent, ut incipient, ut progradientur, & ut ad perfectionis culmen ascendant, sine cuius iuamine non solum ad perfectionem non pertuerentur, verum nec primum ac minimum virtutis progressum fecissent, nec peccatorum præcipitia vitarent. Quare libenter confitentur: Nisi quia Dominus adiuvat nos, paulominus habitat in inferno anima nostra.] Si dicebamus & fatebamur, motus est pes noster, & affectus noster in iniquitatem propensus, misericordia tua Domine adiuabat nos.] Et rursus alio loco clamant: Adiuua nos Domine Deus noster, saluos nos fac secundum misericordiam tuam. Et sciunt, quia manus tua haec, & tu Domine fecisti eam.] Haec verissima propria vilitatis, & diuina boinitatis cognitione perfectos viros erudit, ut inter abun-

A dantiam spiritualium diuitiarum humiles sint, seipso despiciant, & in solo Deo tamquam in omnium bonorum principio confidant. Ipsum ut auctorem sanctitatis, & seipso ut vilia instrumenta ab ipso mota & eleuata conspicunt, & indignum putant, præcipua & vera causa sanctitatis obliterata, libipissi, qui a Deo vocantur, & mouentur, & quodammodo impelluntur, hoc opus gloriosum scribere. Merito timeat, ne illis exprobret Dominus, quod Senacheribo, aut Nabuchodonosori exprobavit per Isaiam dicens: Numquid gloriabitur securis contra eum qui fecerat in ea, aut exaltabitur sera contra eum à quo trahitur? quomodo si eleveretur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.] Sapienter Laurentius Iustinianus hanc perfectorum humilitatem tantis opibus cumulatam admiratur, cuius haec est oratio. At vero perfecti, quorum in praesentiarium exiguis est numerus, iam mundo ex corde mortui, quibus etiam crucifixus est mundus, quamvis operentur magna, aggrediantur ardua, perferant alptra, innocentem vivant, virtutibus polleant, coruscant miraculis, terrena despiciant, inhantique affectu concupiscant coelestia, veritatis tamen lumine illustrati, se nihil ex se esse proclamant, atque ex Dei gratuata bonitate, si quid sunt, sincera humilitate fatentur esse quod sunt. Norunt siquidem se conditoris viuorum esse instrumenta electa per gratiam, que proculdubio nisi exercerentur a Domino, tamquam castri iacent interiori habitu vacui, memoriter retinentes, quod Dominus ait: Sine me nihil potestis facere.] Hoc igitur mirabilissimum est, quod sancti veris diuitiis abundantes, humiles sint, & quod diuitiores, & modestiores, & humiliores euadant, & non verbo tantum (nam homini de se mendaci mentiri est facile) sed sensu mentis & affectu cordis, se omnibus hominibus tamquam abiectionis armenta postponunt. Quod si de diuitiis seculi dixerit vero Augustinus, Tinea diuitiarum superbia est, de diuitiis sanctitatis dicamus nos, Ornamentum diuitiarum humilitas est. Has nos, qui seculi opes contemptus, diuitias queramus: has nos non ex cavernis terra: sed ex corde Dei nostri precibus, & lacrymis, & gemitis eruamus: has nos cura per vigili, & assida sollicitudine comparare & augere cutemus. Haec sunt diuitiae, quae non pungunt, sed mulcent, non cruentant, sed sanant, non inquinant, sed animas nostras purificant. Haec sunt diuitiae pauperibus de industria reservata: nam Deus eligit pauperes in hoc mundo, diuities in fide, & heredes regni, quod repromisit diligentibus se.] Haec denique sunt diuitiae, quae in hac vita positas nūquam nos satiant, sed nouo semper desiderio amplius acquirēdi sollicitant. Si enim, Crescit amor nummi quantū ipsa pecunia crescit, similiter augetur perfectionis amor, quo magis sanctitas in mentibus perfectiori augetur: donec ad illum gradum sanctitatis perueniant, quem postrem spiritum agentes suscipiant, quem non consequitur tristis sollicitudo cor diuitum cruciatura, sed laeta, & secura felicitas sine fine duratura.

Quod perfectio ineffabiles delicias contineat.  
CAPVT XVII.

**R**os t perfectio diuitias, eius delicias percutemur, ut si Dominus in pauperibus diuidans gloriosè magnificatus est, in animabus quoque perfectorum lætitia & gaudio cumulandis gloriam suam & magnificientiam ostentet. Nam eximia Dei gloria est, si animam capte Aegypti, & porrors & alii assuetam, manna suauissimo consolatorium diuinarum pascat, & cœlestium spirituum voluntibus repletat. Illud etiā huic diuina gloria prædi-

Isaia 10.

Instit. li.  
de gradis  
perfectio-  
nis. c. 8.

Ioan. 15.

August.

Iacob. 2.